

quod sequitur: Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Extendat ergo manus suas ad eleemosynas, ut possit evadere aeternas flammis. Omnes ergo divites timeant exemplum illius; arboris infructuosa, & sterilis, id est, illius, qui purpara, & bysso induebatur. In hac quaestione duae sunt celebres sententiae, ad quas caeterae reduci possunt.

8. Prima hic per arborem bonam intelligit voluntatem bonam, sive charitatem: & per arborem malam, malam voluntatem, seu depravatam cupiditatem. Ita D. Chrysostomus homil. 24. D. Augustinus lib. 2. de serm. Dom. Theophylactus, Beda, Albertus Magnus, S. Thomas, Cajetanus, & Hugo. Fructus autem bonae voluntatis, ut jam superius dixi, enumerat Apostolus ad Galat. 5. num. 22. Fructus autem spiritus est; charitas gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, &c. Fructus autem arboris malae ibidem appofuit Apostolus num. 19. Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, &c. In hac autem sententia est Petrus Damianus lib. 3. Epistol. 9, ubi ait, quod casta voluntas exhibet honestatem pudicae conversationis. Et lib. 6. Epistol. etiam 9, ait, quod de voluntate superba, quae proculdubio mala est, nunquam mera, & incontaminata cedit humilitas.

9. Secunda sententia, per arborem bonam, vel malam interpretatur doctorem verum, vel falsum docentem. De his praecesserat, ac proinde consequenter ad litteram hi sunt intelligendi. Ita Abulensis hic, & alij, qui etiam advertunt, quod per arborem malam hypocritae accipiuntur, ut eos denotat D. Luc. cap. 6. num. 43. de eis enim agebat Evangelista. Fructus autem arboris seu doctoris est doctrina, quae a bono est bona, & vera; a malo mala, & falsa, ut explicant D. Lucas cap. 6. num. 44. Fructus item hujus arboris sunt etiam opera, ut explicant D. Chrysostomus, D. Augustinus, D. Hieronymus, Paschasius. Nam vera fides, & recta intelligentia, ut natura tua, in bono Magistro puram vitam, sanctisque mores progignit. E contra vero error, ac depravata cognitio in malo doctore, per se, & ex natura sua, turpem vitam, pessimisque mores producit.

10. Obijcies contra has sententias. Ex hac doctrina sequitur, quod est difficultas initio proposita, quod voluntas bona non possit progignere mala opera: nec mala voluntas bonos parturire effectus, verbi gratia, eleemosynam: nec quod bonus doctor non possit aliquando falsa docere, & quod falsus magister non possit aliquando vera dicere. Respondetur primo cum D. Chrysostomo in Imperfecto homil. 19. D. Augustino lib. 2. de serm. Dom. cap. 24. Quandiu, ait, quisquis malus est, non potest facere fructus bonos: si enim bonus fructus fecerit, jam malus non est. Ac proinde in sensu composito voluntas bona, prout bona non potest facere malum; aliter vero in sensu diviso potest a sua bonitate deficere. Eodem modo bonus. Magister, quatenus bonus, in sensu formali, & composito, non potest falsa enuctare, nec falsus doctor vera profert: at in sensu diviso, & materiali potest bonus Magister a sua bonitate deficere, falsa docendo, & malus potest aliquid verum dicere. Ita Scriba, & Pharisei mali doctores bona docebant, & depravata faciebant, Matth. 23. num. 2. & 3.

11. Secundo respondet Abulensis quast. 19. quod illud Christi verbum, non potest, non dicitur impossibilitatem, sed difficultatem. In quo sensu hujusmodi verbum frequenter sumitur in Scriptura, ut ipse probat. Ac proinde denotatur, quod valde difficile sit, ut malus doctor, ac depravata voluntas bene operetur, ob suos habitus inclinantes eum ad malum.

12. Tertio, & multo probabiliori modo respondent ipse Abulensis, Beaulxames, Jansenius, Maldonatus, Barradas, ac alij, quod Christus Dominus hic fatur juxta ordinarium loquendi modum: & dat commune, & vulgare signum agnoscendi bonum, vel malum doctorem, virum simplicem, & hypocritam: nam bonus, ordinariè loquendo, bene operatur, & ut ait Jansenius, non potest fieri, ut hominis boni fructus omnes, vel plures, & potiores, sint mali; nec etiam potest fieri, ut hominis mali omnes, vel plures, & potiores fructus sint boni. Unde, quamvis bonus Magister aliquando proferat aliquid a vero recedens; tamen ordinariè verum dicit. Et malus, quamvis aliquando quid bonum faciat, tamen suus consuetus modus operandi, in malum tendit. Unde adverte, quod non inveni notatum, quod Christus non dixit de arbore mala, non potest facere fructum, sed fructus in plurali, quia licet per accidens unum faciat, non tamen multos.

13. Nec aliquid hinc sequitur contra veram expressionem parabolae, ut ponderat Maldonatus, Cornelius a Lapide. Num per parabolam non significatur id, quod semper fit, sed id, quod saepe, & frequenter accidit: nec enim quaecunque in parabolis dicuntur, & ex. et. & ad amissum in rebus, quas significant, sunt adaptanda. Sat est, ergo, ut ea sint accommodata, in quibus vis, ac similitudo parabolae constituitur. Quod videtur in ordinario, & consuetudo modo operandi, quod cernitur in bono doctore in operibus suis; & in malo in suis malis fructibus: non enim fieri potest, ut talis lupus sub ovina pelle delibescat, quin per sua opera se prodatur, & manifestet.

14. Quod praclare dicebat Seneca, Nemo potest quis diu sciam gerere personam. Quod etiam eleganter dicebat Rex Gothorum, ut testatur Casiodorus lib. 9. variar. Dum quendam ad palatium munus, ac dignitatem sublevar, sic eum admonet de puritate morum: Sicut Sol ortus, ait, corporum colores fugata nocte detegit; ita se morum tuorum qualitas affluat viso principe, non celabit: mens tua, & oculis nostris patebit, & auribus. In vultu, & in voce cognoscimus servientium mores. Superbus variatis gressibus patet; iracundus lumine fervore declaratur; subdolos terrenum semper amat aspectum. Quamquam enim malignus se velit occultare, tamen gestus corporis, oculorum, ac vultus ejus malitiam indicant, quae facile conversatione deprehenditur. Assidue viso principe non celabit.

15. Matth. 7. n. 19. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur; & in ignem mittetur.

16. Ibid. num. 20. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

61. Abulens.
Beaulxam.
Jansenius.
Barradas.

62. Jansenius.

63. Maldonatus.
Cornel.

64. Seneca.
Simulata
malitia
dicitur
negus.
Casiodor.

65. In parabolis non sunt ad amissum adaptanda omnia.

66. Seneca.

67. Ratio diff. cultatis.

68.

VERSIO

VERSIONES.

Syriacus. Quae non facit fructus bonos, excidetur, & in ignem cader.

Vatablus, Graecus. Omnis arbor, quae non gignit fructum bonum, exciditur, & mittitur in ignem.

EXPOSITIO.

65. R OSEQUITUR Dominus ipsam metaphoram de arbore, & ad inveniendum timorem falsis prophetis, poenam, & supplicium apponit; Ex. dicitur, & in ignem mittetur. Graecus vero habet in praesenti, Exciditur, & mittitur in ignem. Nam iniquus, dum male operatur, suamet praevicatione cadit, & praecipitatur in ignem inferni. Et utitur hic Dominus verbis Baptistae, Matth. 3. num. 20. Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Unde rectè admonet Hugo. Hic suggillantur Praeicatores, qui dicta aliorum dedignantur dicere. Unde lib. 3. cap. 1. quast. 19. num. 59. & ca. 5. num. 39. D. Chrysostomus homil. 24. notat, quod duae sunt poenae, excidi, & in ignem mitti; & privati felicitate Dei visione. Intolerabilis res est gehenna, sed multo intolerabilior ac gravior poena est, a summa illa Dei visione; ac gloria expelli, ac excludi. Tamen Dominus de igne gehennae facti mentionem, ut similitudinem, ac parabolam arboris prosequatur. Deinde, quia homines hujus saeculi, utpote imperfecti maxime supplicia, ac poenas corporis timent, & formidant, illorumque metu frequenter cohibentur. Et ita ait Chrysostomus citatus, illos vero deterrere, poenam ab ipso infligendam eis circumduxit.

66. Igitur ex fructibus eorum. Et praesupposita similitudine arboris, insert Dominus conclusionem, quod nempe isti falsi Prophetae, & doctores cognoscuntur ex sua doctrina: suisque operibus. Notat Hugo, quod bonus fructus debet esse utilis, integer, & non ex parte putridus, & ex parte sapidus. Ita fructus boni doctoris proficiat aljis, & non sit mixtus putredine malae doctrinae, ac pessimorum morum; nec habeat amaritudinem malae, & pestiferae conversationis.

67. Ratio diff. cultatis.

68.

QUESTIO XII.

Quare arbori bonae non deputetur praemium, sicut & male ascribitur poena?

AGIT Dominus in hac parabola de arbore bona, & mala. Et arbori malae duplex assignatur poena, Excidetur, & in ignem mittetur. Cur ergo etiam arbori bonae unum saltem non assignatur praemium: nam sicut ob suam malitiam digna est poena; ita etiam & haec ob suam bonitatem condigna omni praemio?

Respondeo primo ad quaestionem, quod arbori bonae nullam designatur praemium; nam

suamet bonitas, ac excellentia satis sufficiens est praemium. Arbori autem pessimae duplex assignatur poena; & meritò: planta enim, quae appositae radicis non proficit, nec in optimos fructus prorumpit, in sui condemnationem omne supplicium, parvum, ac diminutum videtur; & ideo non una poena, sed duplici multatur. Breviter haec omnia illustro.

Bonitas arboris, ac ejus virtus sibi sufficiens praemium. Praesuli Ecclesiae Sardis dicitur Apo. calypsis 3. num. 4. Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quoniam digni sunt. Qui viderit, sic vestietur vestimentis albis. Omni notatu dignum est, quod in illa Ecclesia dicitur, quod sint aliqui justi, quorum vestimenta sunt purissima, & absque forde facta: & tamen in praemium post adeptam victoriam, & post hostem debellatum, nullum aliud indumentum eis promittitur, nisi amictus albus: Sic vestietur vestimentis albis. Si enim ipsi habent jam vestes puras absque macula, & inquinamento, quomodo eis pollicetur vestimentum album sine forde, quod jam habent? Cur cum Deus sit largissimus in suis remunerandis justis, eis non promittuntur stolae depictae purpura, byssino, auro, & lapide pretioso? Merito sane: nam praclara, & excellens est virtus; ac puritas, ut homini justo post partam victoriam jam triumphanti, ac in paradysum sublevato nullus alius pretiosior, ac splendidior ornatus conferatur, quam animi puritas, ac integritas sine forde, & macula; nam licet justus hac veste in mundo esset indatus, illa etiam post triumphum & induetur in gloria. Nullus enim illustrior ornatus virtutis, quam ipsa virtus. Aretas Caesariae Episcopus. Per indignitatem munditiam corporis in egritas immittitur. Qui viderit affectus, passiones carnis. Hic igitur vestietur virtutum suarum vestimentis, quae Deo gratis laboribus emundavit, & fulgebunt sicut Sol in futuro saeculo.

Arbor autem mala, quae fructiferae plantae exemplo in uberes fructus non parturit, meritò excidetur, & ejicietur in ignem. Ait Apostolus ad Hebraeos 2. num. 16. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahama apprehendit. Satis commune, & ventilatum dubium, cur Dei sapientia potius humanam naturam ad se attraxerit, a que unierit, ut hominem deperditum restauraret, quam angelicam naturam sibi assumpserit, ut lapsos Angelos eriperet, in utraque enim natura Dei imago reucebat: imò angelica natura ob sui nobilitatem non erat contemnenda. Cur ergo Angelis dimissis de humanae naturae remedio peragitur? Peccaverunt Angeli, peccavit & homo; sed magna cum differentia in utroque casu. Nam Angeli defecerunt, ac delictum commiserunt videntes sanctus Angelos permanentes in charitate, virtute, ac Dei obsequio; quo tanto proposito exemplo facile poterant à lapsu revocari. At homo delinquit, cum nullus remaneret in humana natura ejus vestigia, ac integritatem imitari posset. Inclinavit se ergo divina bonitas ad subveniendum homini cujus tota natura corrupta ac maculis infecta erat; non vero Angelis adhibet remedia, in quibus aliter res evenerat: nam mali corruerunt, cum bonorum exemplar ante conspectum haberent; unde meritò ejiciantur è caelo, ac in ignem mittuntur. Prae-

69. Virtus sibi praemium eximiusque ornatus.

70. Hebr. 11.

Grave illius delictum, quod visio bono peccat.

R r 4 clare

Jorius.

clari Jovius Monach. lib. 9. de Verbo Incarnato cap. 4. Ad hoc vero, ait, cum nos lapsi sumus, nulum reliquum fuit exemplar, quod eandem naturam integram retineret. At lapsis demonibus innumerabiles nihilominus inco porcorum acies invariata consistunt, que & divina ordinationis exemplum, & nunquam flexa reititudinis specimen exhiberent. Quapropter qui omnia sapienter prouidet, cum jam natura humana prolapsa esset, non hanc solum ex infinita sui in homines amoris vi adsumit, sed per eam quoque hominibus, qui eiusdem nature essent, correptionem, incorreptionem, & alia ista innumerabilia dona largitur, cum demonis tamen genus adsumere, neque iustum, neque utile esse, iudicet.

QUESTIO XIII.

Quomodo a fructu cognoscende sint arbores, cum multe sint, que nullum producant?

71. Valde deterrius, quod abiquo fructu in oisitate est.

PERSISTENS Dominus in parabola de arboribus ait, quod a fructibus eorum cognoscetis eos. At, cum multae arbores sint, que nullum proferunt fructum: quomodo haec cognoscende, quæres? Adhuc earum natura est fructu penetranda est, seu, ut clarius dicam, à negatione, seu carentia fructus. Nihil enim pejus, ac deterius excogitari potest, quam illud, quod in otiositate, ac torpore degit, absque eo, quod alicui rei inserviat, & utilis inueniatur.

72. Genes. 1. Cajetan.

In prima creatione mundi ait Deus, Genes. 1. numero 9. Congregentur aqua, que sub celo sunt in locum unum, & appareat arida: & vocauit Deus aridam, terram. Cajetanus pro appareat arida, ita legit, appareat sicum. Maximè autem est advertendum, quod, dum terra supra se continet omnem molem aquarum, quibus maximè erat irrigata, ac humiditata, arida, seu sicum appelletur, quod nomen videtur ei purum conveniens, ut ipsa lympharum continentia indicat, & Stabat terra pro tunc otiosa, & infertilitera absque eo, quod aliquod getmen proferret, & alicui utilis esset. Optime ergo arida, & sicum nuncupatur, nunquam quid emortuam absque ullo fecunditatis vigore? postea verò, tanquam communis omnium mater terra appellatur. Divus Athanasius Sinaita in Hexaëmeron. Divino mysterio, ait terram in profundo ab aquis suffocatum nominat aridam, cum verò aquæ ab eo recesserunt, non amplius nominat eam aridam, sed terram.

Aridum, ac penè mortuum quod est sine fructu.

Athanas. Basil. Prov. 10. Rabbini. Hebr.

Quam nociva est ista otiositas quæ fructum tollit, & nullum germen producit? Unde rectè ait D. Basiliius homil. 8. in Hexaëmeron, Omnem malitiam docuit otium; Ait Sapiens Proverb. 10. num. 4. Egestatem operata est manus remissa, multi Rabbini legunt: Virtus operata est manus remissa; & ex radice Hebraica, ut ibi contendit Salazar, legendum est: Venenum toxicum operata est. Manus, quæ otiositati indulget, & nulum opus, ac fructum profert, sua inutilitate venenum sibi acquirit, quo non tantum sibi, sed etiam aliis est exitialis, atque mortifera? Qui verò laborat, multis, & pinguis fructibus repletur, Eleganter D. Chryostomus homil. 5. in

Salazar. Otiositas nociva.

Chryost.

epist. 1. ad Corinth. Nemo, ait, erubescat ex his, qui sunt artifices: sed hi, qui nihil agerent aluntur, & sunt otiosi, qui multis utuntur ministris: perpetuum enim opus facientem inde ali genus est Philosophia: eorum sunt anime puriores, eorum mentes robustiores, ac firmiores. Nam qui est otiosus, multa temerè loquitur, & multa agit temerè, & toto die nihil operatur corpore, & veterno mentem repletam habens.

Matth. 7. n. 21. Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine introibit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum celorum.

Ibid. num. 22. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus.

VERSIONES.

Syriacus. Non quisquis dicit mihi Domine mi, Domine mi, intraturus est.

S. Iustin. Martir. Sed qui Patris mei, qui in caelis est, voluntati obtemperat.

S. Hippolytus. Qui dicit: Domine, sal. Martir. orat. vabitur. de consummatione mundi.

Vatablus. n. 22. Domine, Domine, nonne nomine tuo prophetavimus?

Arias. In nomine tuo efficietas multas fecimus.

Gracus. In nomine tuo potentias multas fecimus.

Cæsarius. V. C. Domine num tuo nomine prodigia fecimus.

ALTER TEXTUS.

Luca. 6. n. 46. Quid autem vocatis me: Domine, Domine, & non facitis, quæ dico.

EXPOSITIO.

UNT, qui hæc Christi verba ad omnes auditores dicta referant. Hieron. Sed accommodatiùs, D. Hieronymus, D. Hilarius, Imperfectus homil. 19. D. August. lib. 2. de sermone Dom. in monte. D. Paschasius lib. 4. Hugo, & alij falios

Chrysof. S. Thom. Abulens.

Hieron. Paschas. Euthym. Theophyl. Cajetan.

Hilar. Glosf.

Non nominis invocatio sed operis obedientia saluat.

75.

August. Illa dies cur dicatur dies iudicii. Abulens.

76.

Munera publica suam habent auctoritatem.

Luc. 10.

1 Corinth. 13. Probatio virtutis non est signa facere, sed proximum diligere. Gregot.

falsos prophetas subintelligunt, de quibus erat præsens sermo, qui quamvis nomen Domini habeant in ore; operibus autem negant. Ac proinde tanquam quædam arbores veluti habent speciosa verborum folia; operum autem fructibus carent. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine. Ponitur ista repetitio ex parte hominum clamantium, quam explicant D. Chryostomus, S. Thomas, Abulensis, quæ propria est timentium, ac angustiarum patientium, ac proinde ob timorem multiplicat voces. Accommodatiùs explanandum est cum S. Hieronymo, D. Paschasio, Euthymio, Theophylacto, Cajetano, quod illa geminatio vocis signi fiat quandam frequentem invocationem nominis Domini, ac sic dicit: Non omnis, qui me, ut Deum, ac Dominum credit, & invocat, ac frequenter habet in ore intrabit in regnum celorum: sed ille, qui facit voluntatem Patris mei, hoc est, ejus præcepta servat, & adimplet. Nam, ut ait D. Hilarius hic Regnum celorum sola verborum officia non obtinent. Et Glosfa. Ier regni Dei est obedientia, & non nominis nuncupatio. Et dum Christus ait voluntatem Patris, consequenter & suam intelligit, cum eadem sit voluntas Patris, & Filij. Et potius dicit voluntatem Patris, quam meam, modestiæ causa. Theophylactus, Non dicit, ait, voluntatem meam, ne offenderet auditores, sed Patris mei.

Multi dicent mihi. Ad confirmationem ejus, quod antea dixerat, quod quamvis multi credant, cum tamen non habeant opera, non admittuntur ad regnum. Multi dicent, vel voce, vel cogitatione, ut vult D. Augustinus lib. de civitate Dei, cap. 14. in illa die, scilicet extremi iudicii; Et per excellentiam dicitur illa dies, cum post eam dies alia futura non sit, ut ait Abulensis; tum quia erit terribilior omni die, cum in eo cunctorum opera, & consilia cordium fient manifesta, quæ toto tempore antecedenti facta fuerunt; & unusquisque, prout gessit, recipiet. Et hoc autem ostendit Christus, se iudicem esse futurum, dum subdit: Multi dicent mihi, nam si ipse non haberet potestatem absolvendi, & condemnandi frustra hæc ad illum dicerentur.

Domine, Domine. Repetitio magnam vehementiam indicat. In nomine tuo, seu, ut alij habent, nomine tuo, hoc est, lumine tuo, seu potentia tua, prophetavimus, id est, futura prædiximus, & ex tua commissione verè prædicavimus. Demoniam eiecimus. Habent munera publica, legitime collata, suam auctoritatem, & efficientiam, etiam si boni non sint, qui hujusmodi ministeriis funguntur. Unde dicebat Dominus, Luc. 10. n. 20. In hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiungitur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis. Et prosequitur textus. Virtutes multas fecimus, id est, multa miracula, quæ divinam virtutem testantur, 1. Corinth. 13. num. 2. Si habuerit prophetiam, & novèrunt mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuerit omnem fidem, ita ut montes transferat, charitatem autem non habuerit, nihil sum. Unde ait Divus Gregorius lib. 20. Moral. cap. 8. Probatio sanctitatis non est, signa facere, sed proximum, ut se, diligere: de Deo veras, de proximo meliora, quam de se, sentire.

QUESTIO XIV.

Quomodo isti invocent nomen Domini, ut regnum celorum non consequantur?

EX duplici capite nascitur difficultas hujus questionis. Primum, quia, ut ait Apostolus 1. Corinth. 12. num. 3. Nemo potest dicere Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto. Qui autem habent Spiritum sanctum, vitam æternam habent. Respondetur ad difficultatem; quod nemo potest dicere, Dominus Jesus, ut oportet, ad salutem nisi in Spiritu sancto. Et ita ait D. Augustinus præ dicitur, lib. 2. de serm. Dom. cap. 3. quod Apostolus accipit dicere, proprie, prout mente, verbo, & opere aliquid dicitur. Et tunc, qui dicit Dominum Jesum, per Spiritum sanctum dicit, Christus Dominus autem accipit hic, dicere, largè prout est dicere ore; non autem corde, & opere. D. his ait Apostolus, ad Tit. 1. num. 6. Confitentur, se nosse Deum, falsis autem negant. Secundò respondet Abulens, quæst. 3. 1. Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto, quia etsi quis pessimus sit, in quantum bonum aliquid facit, à Deo movetur; & quia Christum vocare Dominum, est in se bonum quoddam; nemo potest hoc dicere, nisi Deus moveat ipsum. Et tamen non propter hoc oportet, quod sit bonus; quia non efficitur homo bonus, nisi per gratiam, potest tamen sine gratia sanctificari moveri ad aliquod bonum dicentium; imò & ad illud prononciandum cogi a Deo, sicut fuit Balaam, Numer. 24. Et ita potest homo malus moveri à Deo ad dicendum bonum; tamen non potest aliquis vitam æternam habere, nisi gratiam habeat. Ideo multi possunt dicere, Domine, Domine, qui non intrent in regnum celorum.

Tertio, Joël. num. 32. Omnis qui invocat nomen Domini, salvus erit. Quomodo isti invocant, & salutem non consequuntur? Respondet Glosfa cum Alberto Magno, quod perfecta invocatio confurgit ex tribus: ex fide cordis, ex confessione oris, & operis attestations: & tunc perfecta est invocatio, aliter est mendax. Psalm. 77. num. 36. Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei, cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habuit sunt in testamento ejus, Psal. 29. n. 13. Populus iste labijs suis glorificat me, cor autem ejus longè est à me. Jerem. 12. n. 2. Propter es in ori eorum, & longè à renibus eorum.

QUESTIO XV.

Quare iniquis concedatur Virtus ad multa mirabilia perpetranda?

NUMEROS multa mirabilia operasse legitur: nam Saul, & Balaam, & Caiaphas prophetaverunt, ne scientes, quid dicerent, Pharao, & Nabuchodotos somniis futura cognoscant. In Actibus Apostolorum 19. n. 14. filij Scevæ videbantur eiecere demonia. Sed & Judas Apostolus cum animo proditoris multa signa